Excussit pharaonem et uirtutem eius
in mari rubro: quoniam. Qui traduxit populum
suum per desertum: quoniam. Qui percussit re-
ges magnos: quoniam. Et occidit reges for-
tes: quoniam. Seon regem amorreorum: quoniam.
Et og regem basan: quoniam. Et dedit ter-
ram eorum hereditatem: quoniam. Heredi-
tatem israel seruo suo. Quia in humi-
litate nostra memor fuit nostri: quoniam. Et
redemit nos ab inimicis nostris: quoniam.
Qui dat escam omni carni: quoniam. Confi-
temini deo celi: quoniam. Confitemini do-
mino dominorum: quoniam in eternum misericordia eius.
Super flumina babylonis
illic sedimus et fleuimus dum
recordaremur syon. In salicibus in
medio eius suspendimus organa nostra.
Quia illic interrogauerunt qui captiuos
duxerunt nos uerba cantionum. Et
qui abduxerunt nos ymnum cantate
nobis de canticis syon. Quomodo can-

License: public_domain – Leuven, KU Leuven Bibliotheken Bijzondere Collecties, Ms. 1265, fol. [8]v – Psalter
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-ps5l/7275/58779)